

LECTIONES

AUTUMNALES ET HIBERNAS
PUBLICAS ÆQVE AC PRIVATAS

RECTOR

UNIVERSITATIS GIESSENÆ
JOH. BARTHOLOMÆUS
RÜDIGER,

SS. THEOL. D. ET PROF. ORD.

UNA CUM TOTO

SENATU ACADEMICO

Ex Statutorum Præscripto

GENEROSIS ORNATISSIMISQUE

FACULTATUM OMNIUM
STUDIOSIS

RITE INDICAT ET INDICIT

Die XXV. Septembr. Anno M DCC XVII.

SUB SIGILLO ACAD. MAJORI.

Giesse Hassorum,

Typis Vid. Io. Reinh. Vulpji, Acad. Typogr. 1718.



IN FACULTATE THEOLOG.

JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Consiliarius in Sacris Suprem. Superintendens &
Prof. Theol. Primarius.

IN Prælectionibus *Publicis* enodando difficiliore N. T. textus perget:
In Privatis Statum Gratiae & Gloriam juxta Methodum Theologiae
Biblicae absolvet, simulque Examen Professionis Fidei Tridentinae con-
tinuabit.

IO. HENRICUS MAIUS,

SS. Theol. D. & Prof. P. Ord.

Post absolutum superiore Semestri in Oeconomia Temporum expli-
canda Pentateuchum, deinceps breviter percurrat libros Historicos,
& ad Davidis Psalmos, Proverbia Prophetarumque oracula secundum
seriem Saeculorum properabit, eaque dextre, D. V. interpretabitur,
subindicatis vsibus cum theoreticis, tum practicis. Ex Novo etiam
Testamento unum alterumque librum, diebus Mercurii ac Sabbathi,
exponet, ac Theologiae Evangelic. Partem ultimam publicis Disputa-
tionibus subijciet.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

D. & Pr. Theol. Ord.

Quoad RECTORIS, quam adhuc tenet, provincia concesserit, uti-
lissimam de *triplici*, quæ in Ecclesia viget, *Ministerii, Magistratus*
ac Matrimonii HIERARCHIA materiam, per succinctas & *Morales*
& *dogmaticas* theses publice præleget: *Privatim* autem finito nuper su-
perioris semestris penso, ad quæcunque sanæ Theologiae desiderata *Col-
legia* alia, precibus ac optioni Dnn. Auditorum *de novo* & se & indu-
striam suam haud otiose permittet.

CHRI-

CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARTZEMANN /

SS. Theol. Dr. ejus & Ordin. Prot.

E conservativa DEI S. T. B. Cratia publicas habebit Lectiones in Acropolia fidei nostræ, nempe Locum illum amplissimum, æquè difficilimum ac explanatu dignissimum, de JESU CHRISTO, methodo Systematis Theol. s. semper observata; privatas autem in Socinianismum à se constricta methodo comportatum, item solidè succincteque refutatum, ita quidem, ut antegressis quæ diebus exposuit, Mercurii Sabbathique dd. ad Dna. Auditor. placitum exquisitè disputando ventilentur, aut examinentur.

IN FACULTATE JURIDICA.

BERNH. LUDOV. MOLLENBECIUS,

Acad. Cancellarius & Prim. Professor.

Collegium *Juris Publici* denuo ad Schvvederum aperiet, & cœptas *Digestorum* Lectiones continuabit.

MELCH. DETHMARIUS GROLMAN,

Jctus, Consil. Hass. Darmst. & Prof. Jur. Ord.

Publice Constitut. Criminales absolvet, privatim Colleg: Jur. Canon. & Digestorum B. C. D. aperiet.

LUCAS STAMM /

Consil. & Jeddicii Aulici, quod est Marb. Assessor, ut & P. P. O.

Publicè ea, quæ circa Jus Feudale adhuc explicanda restant, ad ductum selecti Auctoris absolvet. Privatâ verò Collegia, non ita pridem Lectionibus Institutionum ad finem perductis, B. C. D. inchoata continuabit, nova etiam pro desiderio Dominorum Commilitonum auspiciaturus.

IMMANUEL WEBER / J. U. D.

Consil. Hassiac. & Jurium Professor Publ. Ord.

Publicè *Commentationem* abs se editam, de eo, quod justum est circa *Cognitiones in Nuptiis*, Discursibus ulterioribus declarabit.

Privatim ad Instituta, Hug. Grot. de *Jure B. & P.* nec non *Puffendorffii Officia* Collegia nova aperiet; in cæteris, quæ adhuc durant, strenuè perrecturus.

JOH.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. D. ejusdemque Prof. Extraord.

Publice hora octava in explicandis difficilioribus quæstionibus secundum ordinem *Digestorum* progredietur. *Privatæ* vero Dominorum Commilitonum *informationi* illam operam impendet, ut sicuti in *jure privato* circa *Institutiones* vel *Digesta* aut aliam etiam *Juris* partem integra desideraverint Collegia, eadem ipsis aperire & explicare queat.

JOANNES GODOFREDUS MEIER,

J. U. D. & Professor Extraordinarius.

Provinciæ *Elementa* totius legitimæ scientiæ privatæ commentabitur: *Privatim Institutiones* ut *Lexicon* ad ductum B. Lauterbachii binis per diem horis præleget; Jus quoque *Camera-ke*, si qui sint, quibus institutum hoc placuerit, tractabit, intra semestre spatium singula, cum DEO, absoluturus.

JO. FRIDERICUS RANGER /

J. U. L. & P. P. Extraord.

Hac bruma *Publicis Lectionibus* materiam de *Testamentis* explicabit. *Privatim* vero *Jurisprudentiam universalem* ad Puffendorffii libellum de O. H. & C. docebit. Ad *Institutiones* quoque *Justi mancas* præleget, & secundum eas fundamenta *Jurisprudentiæ Romanæ* ex genuinis fontibus *Comilitonibus* suis recitabit. Tum ad *Henrici Cocceji Juris publici prudentiam Jus publicum Germaniæ* interpretabitur, & præmissa genuina hujus juris historia, tum *Statuum Imperii jura*, tum ea, quæ *Cæsari* sunt præcipua, & universalem, qui in his est, *Imperii nexum* quam enodatissime enucleabit. Neque tamen sic *industriæ suæ terminos* ponit. Adeste modo cives amantissimi frequentes recituro, & æmulatione vestra meam diligentiam provocate. Ego ad omnia, quæ à me flagitari poterunt, studia optima & utilissima animum omnem & diligentiam vobis spondeo.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hasso - Darmst. Primar.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, *U*bi quacunque ratione *Philiatricum conatus* promovere poterit,

JUSTUS

JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,

Med. D. ejusdemque P. P. Ordinar. & Facultatis suæ Senior.

Futuro Semestri autumnuo - brumali Dictatoris nostri Hippocratis *magni Oraculorum s. Aphorismorum* expositionem bono cum Deo publice red auspicabitur, eodemque ab immerito ipsis à Nonnemine imputata vanitate, falsitate ac incertitudine vindicare conabitur. Nec privatam suam operam desiderantibus ingenuis Philiaris temerè denegabit, sed, quacunq; ratione poterit, eorum studia atque profectus promovere sataget.

D. MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Archiat. Hass. & Profess. Med. Ord.

In *Lectiõibus publicis Aphorismos novos à Caroli Sponio è Scriptis Hippocraticis collectos & Isaacius tractatos B. C. D. ad finem deducet* iisque absolutis *Danielis Ludovici Pharmaciam moderno seculo applicandam*, explanabit. *Privatim* Materiam Medicam, juxta ductum *Historia suæ Simplicium reformatæ* ob oculos ponet insinulq; methodum præscribendi formulas inculcabit.

D. JOH. CASIMIR, HERTIUS,

P. P. Ordinar.

Publicè de Morbis Ossium ager: *Privatas horas* Anatomicis non minus Sectionibus quam Lectionibus impender.

JO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Medic. & P. P. Extraordinarius.

Publicè Physiologiam Medicam præleget. *Privatim* Institutiones explanabit: & si fuerint, qui in aliis artis salutaris partibus pertractandis opera & manu ductione sua uti voluerint, eorum desideriiis nunquam non promptus occurret.

D. JOH. THOMAS HENSING,

Med. P. P. Extraord.

Publicè hora matutina VIII. Scripta Chemicorum sub censuram vocabit, Processusque Alchymisticos CL. quibus tot hominum emundæ sunt hætenus crumenæ, explicabit, ut studiosa Juventus à Fumivendulis, deceptoribusque Chrysopeis prudenter sibi cavere discat.

Privatim

Privatim in Chemia Pharmaceutica nuper coepta, ut & Collegio Medico - Practico sedulo perget.

IN FACULTATE PHILOSO- PHICA.

MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

Prof. Phil. Experim. Ord.

Publicè *Historiam, Docimasiam & usum Thermarum atque Fontium medicatorum*, cum primis in Hassia hujusque confiniis scaturientium, recensabit: Intra privatos parietes Collegio Physico Experimentalis, vicaria manu nuper finito, *Historiam Museorum & Gazophylaciorum Naturalium* subjuncturus.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. Doct. Prudent. Civil: Prof. Ordin.

Publicè *Prudentia Civilis precepta*, ut *Illustri Viro Dn. Libero Baroni de Lyncker* indigentantur, id est, integram illam alteram *prudentias Civilis partem Romanam* explicabit, & *privatim Lecturio - Examinatorum* habebit, atque in caeteris quae desiderabuntur, *Nobiliss. Dnorum Consiliorum* utilitati atque desiderio pro virili assurgat.

IMMANUEL WEBER/ D.

Historiar. Profess. P. Ord.

Publicè, in *Parceis* ad Antiquitates Germaniae illustrandas facientibus perget.

Privatim, ad *Introductionem in Historiam Europae Status Civilem* Collegium de novo ordietur.

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Biblioth. Praefectus.

Publicis laboribus, ut coepit, doctrinam de conscribendis epistolis tradere, *Ovidii selectas e libris tristium elegias enucleare*, ad Bibliothecam denique aditum aperire perget. Inter haec privato quoque studio Collegium epistolicum & oratorium practicum sic instituet, ut inter DN. Auditores more suo diuersas pluresque horas distribuatur, ne deficiat.

deficiat opportunitas viua voce singulos, in illustrioribus item argumentis, accuratius instruendi. Quin etiam Cl. STRV VII introductionem in rei literariae notitiam vel relationes publicas de nouis, litterariis illustrabit, DEO fauente nec aliis eloquentiae vtriusque cultorum desiderijs defuturus.

JO. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematicum P. P. & Ordinarius.

Publicè illa *Problemata*, quæ in Geographia sua generali continentur, nunc praxi dabit ulteriori, atque *alias* subinde in Observatorio publico instituet *Observationes*. *Privatim* non solum *Cursorias Lectiones* continuabit, sed & ex Din. Commilitonum desiderio *Matheseos Elementa*, & quidem juxta Cl. *Wolffii* Institutiones, resumet, nec iis deerit, qui *Geographiam historicam*, *Algebram*, aut partes alias speciatim desiderant.

IO. HENR. MAIYS,

Antiquitatum & Linguae Graecae Orientaliumque Prof. Ord.

Publice hora tertia *Lectiones* in *Alciphronis* epistolas continuabit; privatim, Antiquitatibus Ebraicis, ad finem perductis, substituet Graecas, à Viro Clar. *Lamb. Bos* descriptas, ac tum *Franequerae* tum *Tiguri* nuperrime excusas. Ex orientalibus linguis docebit eas, quas futuris auditoribus maxime arrisuras intellexerit.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Phil. Natural. P. P. Ordinarius.

Publicè summam Optimi Maximi CREATORIS sapientiam ac bonitatem in Natura elucentem demonstrabit. *Privatim* vel *Conspicuum* suum *Phil. Natural.* sub prelo iam sudantem, vel aliud quodcunque placuerit *Systema Physicum* vberiore & evidenti tractatione explicabit, id operam daturus sedulo, ut cum iucunditate coniuncta summa utilitas abunde vbique patefiat.

JOANNES

JOANNES GODOFREDUS MEIER,

J. U. D. & Phil. Pract. Prof. Ord.

IN Prælectionibus publicis, Pufendorffii Libr. de Off. Hom. & Civis absolvere conabitur; Privatim Ethicam, secundum Præcepta D. Buddei, docebit; Pathologiam quoque Moralem desideraturis explicabit.

JOH. CONRADUS ARNOLDI,

SS. Theol. Lic. Logicæ & Metaphys. P. P. Ordin.

Theologiæ naturali, propediem publicè prælegendo absolvendæ, addet Angelologiam & Psychologiam. In privatis Collegiis, Logicæ atque Metaphysicæ præcepta Systematice exposita, exemplis quidem Theologicis, Historicis & Politicis sparsim petitis, huc usque illustravit, plenius tamen utriusque disciplinæ usum porro ostensurus, in gratiam Theologiæ Studiosorum *secundum seriem Articulorum fidei*; Juris vero Studiosis velificaturus *per selectos casus & actiones forenses* analysin & Synthesin Logicam, distinctis horis monstrabit, monstratas, examinando firmabit, nec non Exercitium Disputatorium publicum ex Historia Philosophica continuabit.

